ſucceſſoribus ſuſpendi per priuilegium Clementis. 7. quo conceſſit, q confeſſores Ordinis Minorum ſemel præſentati alicui Epiſcopo pro confeſſionibus audiendis,[vt moris eſt pręſentari]poſt vnam pręſentationem non teneantur amplius pręſentari. Quo priuilegio gaudent alij Mendicantes. Videtur dicendũ,quod cũ hoc omnibus Regularibus pręter Minores,& Prędicatores ſit priuilegiũ,& reuocatũ per Con.Tri. & Pium.5 in ſua Cõſtitutione in foro conſcientię poſſunt Religioſi eo cum omnibus priuilegijs.[etiam ſi ſint contra Concilium Tridentinũ]modo frui.At pro contraria parte facit.Nam reualidatio ſupra dicta.Pij 5. fuit facta die 13. Martij, anno Domini milleſimo quingẽteſimo ſexageſimo ſexto, prout refertur in Compendio Societatis,& refert Veracruz in ſuo Speculo coniugatorum in fine.At videmus poſteà eundẽ Pium.5. in Bulla quę incipit.Romani Pontificis prouidentia, data Romę apud Sanctũ Petrum anno incarnationis Dominicę milleſimo qngenteſimo ſeptuageſimo primo, octauo idus Auguſti,Pontificatus ſui anno ſexto, voluiſſe eos Regulares[etiã Mẽdicãtes] qui ſemel ab Epiſcopo in ciuitate & Diœceſib9 pręuio exa